UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den

Antverpiæ, M. DC. XLV.

Resp. II. Hospitale olim exemtis vnitum, non fieri exemtum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-73071

Visual Library

Epiſcopi, & Primates ſupplicarunt Papæ, non ſuo marte ſtatuerunt, ſed nec eo tempore exauditi; ſed in aliud reiecti.

RESPONSVM III.

Hoſpitale olim exemtis vnitum non fieri exemtum.

REligioſorum exemtio hoſpitale, eiuſque ſacellum ipſis vnitum non fecit exemtum. *c. ex ore. in fin. X. de priuileg. c. volentes. in fin. eod. in 6. clem. quia contingit verſ. contradictores. de religioſ. dom.* quam etiam innouauit Concilium Trid. *ſ. 7. c. 15. de reform. ſ. 25. c. 8. & conſonat ſ. 22. c. 8. & 9.* quibus in locis vnio, exemtio, priuilegium, præſcriptio, vel conſuetudo immemorialis, nõ

1. Eoque viſitari poteſt ab Ordinario.

obſtare declaratur, quo minus viſitari hoſpitale ab Ordinario, & rationes exigi poſſint id adeoque hîc obtinet, quamuis ab annis centum religioſæ ſint in pacifica poſſeſſione hoſpitalis, ſacelli, & bonorum, ſine Epiſcopi viſitatione, aut rationum exactione. qualem allegationem *in c. cum ex officij. X. de præſcript.* nullam Innocentius III. reputat. cùm *contra viſitationem*, inquit, *non poteſt aliquo modo præſcribi.*

2. Viſitationi nulla obſtat præſcriptio.

liquidum autem hic eſt ante vnionem hoſpitale & ſacellum, vtique Beginarum, fuiſſe ſub Ordinario, vt & erant Beginæ. *c. ratio. de relig. dom. in extrau. comm. in verb. diœceſanis locorum & parochialium eccleſiarum rectoribus reuerenter obediunt.* quamuis etiam tunc eſſet ſub patronatu Abbatis Ordinis exemti. patronatus autem vbique admittit, imo fere exigit Diœceſani inſtitutionem, aut ſuperioritatem. *tot. tit. de iur. patron. Conc. Trid. ſ. 14. c. 12.* vt ne quidẽ, ſi à laicis ad exemtos peruenerit, ius Epiſcopale minuatur. *c. cum ſaculum. X. de de iur. patronat.* quin, etſi rationes ex conſuetudine aut priuilegio alijs red li debeant, etiam

3. Patronatus à laicis aut alijs ad exemtos delatus iura Epiſcopi non minuit.

adhiberi debeat Ordinarius. *Trid. d. c. 9. ſ. 22.*

De Iure patronatus.

RESPONSVM I.

De aduocatis.

CVm non ſit nouum malè à laicis haberi eccleſias, & clericos; *c. non minus. X. de immunitat. eccleſ. c. clericis eod. in 6.* ſed id tradat, inquit, *antiquitas:* Concilio Carthaginenſi V. iam olim viſum eſt, ab Imperatoribus poſtulandos eſſe defenſores: ne fatigetur eccleſia. *c. ab Imperatoribus. 23. q. 3.* ſicut defenſores ciuitatum inuenti ſunt ad propulſandam potentiorum iniuriam. *l. defenſores. C. de defenſor. ciuitat.* ex hac origine prodierunt aduocati eccleſiarum. *Braſ. Chokier tract. de aduocatijs. l. 1. q 7. Burgund. ad Conſuet. Fland. tract. 8.* ſed quoniam quod ad defenſionis ſubſidium eſt inuentum, à quibuſdam ad depreſſionis diſpendium eſt retortum; *prohibemus*, inquit Concilium Lateranenſe *in c. in quibuſdam. X. de pœn. ne patroni, vel aduocati, ſeu vicedomini de cætero plus vſurpent; quàm reperiatur in iure permiſſum.* reperitur autem in iure nihil permiſſum præter *antiquos*, inquit Lucius III. *in c. præterea. 23. X. de iur patronat.* & moderatos reditus, ab Epiſcopis inſtitutos: ſeu vt interpretatur Panormitanus *& alij ibidem* in erectione reſeruatos.

1. De de[...] ſoribus olim po[...] ſtulandis

2. De adu[...] catis [...] ſtatu[...]

3. Ne [...] olim [...] exigit

Sed, vt Saluianus *l. 5. de prouidentia Dei* ait quoſdam, vt onus exactionis euadant, tradere ſe tuendos, protegendoſque maioribus, dedititioſque ſe diuitum facere: hos autem ſæpe hac lege tueri pauperes videri, vt ſpolient: ita Gail. *l. 2. obſ. 54. n. 6 aduocatus tutelaris* (inquit) *non collectare ſuos tutelares; ſed pro viribus defendere atque protegere debet. quia ius protectionis nullam tribuit ſubiectionem. etſi in ea re quandoque perniciosè erretur: & ius aduocatia*

4. Non co[...] ſta

5. Non [...] ctione